



## **Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii**

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

Quæstio XI. Quæritur utrum Princeps sæcularis possit Clericum à crimine absolvere, vel eidem indulgentiam, aut abolitionem seu remissionem, aut gratiam concedere, ita quod per ecclesiast. judicem de ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

Quæritur utrum Princeps sæcularis possit Clericum à crimine absolvere, vel eidem indulgentiam, aut abolitionem seu remissionem, aut gratiam concedere, ita quod per ecclesiast. iudicem de eodem crimine nō posset puniri.

*In utramque partem disputatum.*

**E**T prima facie videretur dicendum quod sic per glossam positam in *authen. Clericus C. de Episc. & Cle. super. verbo. Et si reus.* ubi glossa tenet iudicem sæcularem clericum à crimine absolvere posse, licet non possit eum condemnare, quam glo. servat generalis Franciæ consuetudo, pro qua possunt adduci iura quæ dicunt consuetudines observandas, ea enim quæ jure sunt communi prohibita diuturnitate tanti temporis, cuius initij memoria non existit licite obtinentur, hoc patet *de verb. signifi. ca. super quibusdam §. præterea & cap. quid per novale & c. veniens. eo titu. lib. 6. 3. quest. 6. hac quippe 65 distinct. mos antiquus & cap. se. 6. quest. 3. cap. conquestus 18 qu. 3. cap. servitium & 1. quest. 1. cap. nullus Episcopus* maxime hoc procedit in principe, ex eo quia præsumitur quod iuste faciat. Et semper in eo iusta causa præsumitur. no. Anth. & Sicul. in cap. que in Ecclesiarum de consti. Cy & Bald. in l. rescripta, C. de prec. Cum

Cum igitur de consuetudine presentis regni rex concedat huiusmodi gratias, sive remissiones etiam Clericis, ergo venit observanda, unde postquam talis gratia semel fuerit intimata, juxta notat. *in leg. 2. C. si contra jus vel uti. pu.* Clericus ille non debet ulterius de eodem crimine inquietari vel accusari, ad quod *text. gloss. & Bartol. & Angelus in l. si. cui. §. 1. ff. de accu.* hoc enim videtur esse regulare quod de crimine semel absolutus ulterius debet accusari, maxime si talis absolutio facta non fuerit in foro poenitentiali, tenet Ioan. Fa. *in l. si quis homicidij C. qui accusa pos. & ibi per Salice. Innocent. Hosti. Ioan. Andre. Anth. Sioul. & Franc. Areti. in cap. de his de accu. idem Scul. §. 2. de scisma. & in cap. 1. de purga. cap.*

Secundo videtur quod saltem dicta gratia sive remissio ipsi clerico prodesse debeat, ubi pro delicto poena confiscationis veniret imponenda, ut quo ad confiscationem bonorum immobilium possit rex Clerico delinquenti gratiam concedere, quo ad mobilia nihil prodesse videatur.

Maximè quia juxta generalem Franciæ consuetudinem, quam sæpenumero in practica vidi servari, *iii* licet bona mobilia clericorum damnatorum Episcopis applicentur: & immobilia temporalibus Dominis à quibus tenentur, ut tenet Pet. de Ancha. *in regula juris. Canonici qua regula. libr. 6. 22. question. & Oldra. consi. 47* & dictam consuetudinem refert Ioannes Andreas. *in addi. Specul. titul. de feudis. §. penult. ver. 41* queritur, pro qua servanda, *inducitur ff. de leg. 1. minime ff. de sepul. viq. 3. §. divus in fin. & C. de emanci. libe. l. 1. &*

*ulsi-*

*ultim. C. de diver. offi. l. viros lib. II*

Sic & lex Frederici distinguit inter res mobiles & immobiles de pace tenen. *§. si vero & fa. eo. ti. §. si clericus & C. de Epis. audien. l. abditos & quod ibi no. videlicet clericum puniri in patrimonio per iudicem saecularem. Et ad praedictam distinctionem bonorum mobilium & immobilium fa. cap. Ad hac cap. relatum, 2. §. ad hac de testa. C. fami. Her. l. si filius i. respon. vers. praedia. & C. de impo. lucra descript. leg. 1. libr. 10 & ff. de supellect. leg. 1. 3.*

Quod autem processus agitatus super huiusmodi gratia vel remissione coram iudice saeculari teneat probari videtur.

129  
iii) Regula est enim. Quia sicut quando constat citationem arctari citatus tenetur venire, ita quando dubitatur ut no. *gloss. & do. in cap. veniens de accusa. & 3. quest. 2. cap. si Episcopus. Inno. in cap. 2. de dila. Sicut in cap. cum ordinem. de rescrip. & ibi gloss. Bart. in l. 2. ff. si quis in jus vo. non je. in l. si quis ex aliena ff. de iudi. & not. Ioan. 23. question. 8. convenior quod si iudex laicus citat Clericum, tenetur comparere & privilegium allegare. Sic videtur quod processus super huiusmodi gratia valere debeat, & ipsa gratia cum nunquam impetrans se Clericum dixerit.*

130 Præterea si iudex probabiliter errat in facto & credit se iudicem cum non sit, & procedit, tenet processus. *de appel. cap. si duobus. secus si erraret in iure de offic. de le. cap. cum super. de concess. praben. cap. ex parte. princeps autem huiusmodi gratiam concedens vel iudex eandem interinans, probabiliter errare possunt in facto si impetrans non proponat se clericum. Quia cum quilibet nascatur laicus talis est praesumendus, nisi probetur Cle-*

Clericus 2. *quæst. 1. cap. legum*, Cum igitur talis clericus impetrans fit de regno & se offert sponte iudicio, ergo, & c.

## A D D E

*Eadem infra reg. 2. num. 23 traduntur,*  
Mattheus Boyß Doctor,

Sic etiam videmus de procuratore qui revocationem suam ignorat, nam valet quod facit de procur. *cap. in nostra* & *cap. penul.* & iudice revocato ut no. 58 *distinct. cap. tibi domino.* & de hoc per Inno. *de rescrip. cap. cum contingat* & *de concess. præben. cap. quia in cunctis lib. 6.*

Insuper videmus quod in his quæ sunt jurisdictionis opinio præjudicat veritati, quod patet in <sup>138</sup>sententia servi qui liber putabatur in *l. barbarius ff. de offic. prætor. 3. quæsti. 7. §. verum,* & *occulti excommunicati de re iudicat. cap. ad probandum fa. C. de testa. l. 1. C. ad mace. l. 2. ff. eo ti. l. 3. de iure patro. cap. consultationibus de elec. cap. querelam. de sen. excom. cap. si iudex l. 6.* Si igitur Clericus à Principe gratiam sive remissionem impetrans communi opinione habeatur pro laico, hoc est ex quadam conformitate sui circa mores & actus laicorum censeatur, igitur laicus cum propter similitudinem quis censeatur de numero illorum quorum in rei veritate non erat. *27 distinct. ultima. de biga. cap. nuper.* & dignum est ut qui similem cum alijs, & c. *de statu mo. cap. recolentes Fa. quod no, in distinct. cap. si iudex.*

Rursus

184 REPETIT. CLEM. I.

Rursus Princeps ex concessione talis gratiæ in Clericum jurisdictionem non videtur exercere, cum iste clericus impetrans sit actor qui petit contra procuratorem regium suas gratiæ literas interinari modo actor sequitur forum rei sive actor sit Clericus sive laicus C. de ordi. judi. l. adire II, quæstion. I, cap. experientia de fo, compe. cap. si Clericus & cap. cum sit C. de jurisdiction. om. judi. l. juris ordinem & l. in criminali. C. eo. tit. ergo. &c.

132  
vi Maximè cum talem gratiam concedere sit in libera voluntate principis : ex eo enim gratia dicitur, quia gratis accipitur vel datur ; alias non esset gratia I. quæst, I. ca. quicumque. judicium autem redditur in invitum. l. inter stipulantem §. Stichum, ff, de ver. oblig. & cap. intelleximus. de judi. ad quod quia Clericus tunc non trahitur, tunc enim canones locum habere possunt qui hoc vetare videntur, quod Clericus trahatur, sed cum ultro se offert in hujusmodi causa voluntarius. Aliud quam in reo necessario judicandum est benè Fa. no. Inno. in cap. cum inter de except.

133  
vii Deinde videmus quod in emancipatione judex competens est judex patris & non filii ut no. in l. si. C. de emanci. & tenet Pet. de Ancha. in cap. ea quæ de reg. juris. lib. 6. q. 18. ergo à simili in interinatione hujusmodi gratiæ judex competens est judex procuratoris regii, qui videtur esse reus & conventus & non judex impetrantis Clerici.

134  
viii Postremo videmus quod statutum generale laicorum & favorabile includit Cleri. unde

DE OFFIC. ORDI. 185

si statutum dicat, quod stantibus masculis, filia non succedat in illo statuto includitur Clericus vel presbyter & monachus ad hoc *cap. dile. de foro. compet. 10. di. cap. si in adiutorium. & doct. in cap. si. de solu. fa. cap. cum venissent de eod. qui mitti. in pos. & cap. Ecclesia. ut lit. pen. ita consuluit Io. de Ligna. ut refert Lap. all. sua. 117. & tenet Bartol. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. Antho. in cap. quod Clericis de foro. compe. de quo per Bald. in l. Deo nobis. C. de Epis. & Cler.*

NEGATIVA CONCLUSIO.

In contrarium videtur, quod talis gratia non valeat: quia contra utilitatem publicam, cuius <sup>135</sup> interest, ne crimina remaneant impunita. <sup>18</sup> *cap. ut fama. de senten. excom. l. vita vulneratus ff. ad l. aquil. ff. de publica. l. illicitatio. §. Iquod illicite. ergo non valet. l. nec damnosa. C. de praci. imp. offe. maximè, quia per concessionem huiusmodi Clericis audacia tribuitur delinqueri contra præsentem Cle. fa. cap. ut Clericorum de vita & bone. Cle. cap. est inju. 23. quando, 4.*

In correctione enim malorum placatur Deus omnipotens. *cap. si quos e. cau. & qu. unde dicit tex. e. cau. & q. si enim ad iram Deus provocatur cum mala puniri differuntur, unde id solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur. cap. prodest. 25. qu. 5. Et licet ea quæ in nobis committuntur facilè possimus indulgendo | dimittere, ea tamen quæ in Deum commissa sunt cum magna distinctione nec sine pænitentia possimus relaxare. 23. q. 4. cap. si is qui ergo &c. Se-*

136 Secundò, princeps in dubio non præsumitur velle præjudicare juri tertii. *cap. super eo. de offic. dele. cap. quamvis de rescrip. lib. 6. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi.* Et licet etiam sine causa quando solius fisci interest, princeps pœnam remittere possit, ut tenere videntur Cy, Bal. & Salice. in *l. rescripta. C. de præci. impe. offe. alleg. Sicul. in cap. quæ in Ecclesiarum de consti. in cap. nisi specialis de offi. l. fa. no. per Bar. & Bald. in l. venia. C. de in jus vo. & ibi etiam Sali. propè si.*

De pœnis tamen & juribus singularium personarum non potest hoc licitè fieri in præjudicium singulis, cuius est quæsitum ut tex. videtur esse no. in *præalleg. l. venia cum glo. sua secundum Bald. ad hoc ff. de pac. l. si. ff. de contra tabu. l. si post mortem §. ult. ar. ff. loca, l. si cum hermes*: hoc etiam no. idem Bar. in *præall. l. venia pro quo l. si non forte §. libertas ff. de conditio. indebi.* Sic princeps gratiam hujusmodi Clerico concedendo pœnam delicti remittere non videtur saltem, quatenus Ecclesiæ & præjudicium concernit.

xi Tertiò videretur, quod talis gratia sive remissio sit nulla: certum est enim quod nec in foro contentioso, nec in foro pœnitentialem, quod à non suo iudice condemnari potest vel absolvi. *cap. in primis 2. qu. 1. cap. ad nostram. de consue. cap. soli. m. de injuriis.* de Clerico enim Laico non licet dare legem, 99: *di. cap. bene. quidem 16, q. 7, cap. non placuit*, immo contra faciens tanquam sacrilegus est puniendus, *e. cau. & q. cap. si quis principum.* & de universa Ecclesia malè iudicat qui quærit iudicium Laicorum. *ii. quæst. i. cap. placuit.*

*cuit.* Sicut non tenet sententia à non suo iudice lata dicto cap. ad nostram de consue. & cap. at si Clerici. de judi. C. si à non compe. judi. per totum: ita nec confessio coram eo facta. dicto. cap. at si Clerici: Ita nec absolutio cap. venerabilibus de sente. excommunic. §. ubi autem lib. 6. Ita nec purgatio ab eo indicta. cap. cum dilectis de purg. cap. ita nec esset examinatio, cap. liceat de offi. le.

Ita statutum non ligat nisi subditos statuentis: cap. à nobis de sen. excom. cap. novit, de of. lega. l. fi. de iuris. om. jud. cap. fi. de consti. lib. 6. Ita esset citatio nulla arguendo de toto ad partem cap. pastoralis §. item cum totum de offi. deleg. & probatur de fo. compe. cap. Romana in fi. l. 6. fac ad hoc cap. contingit. de arb. cum sua. gl.

Idem de indulgentia in foro pœnitentiâ quæ esset à non suo iudice non tenet: cap. quod autem de pœnit. & remission. ubi dicit Sicut. quod in multis foris pœnitentiâ regulatur ad limites fori contentiosi. Unde sicut in foro contentioso quis à non suo iudice ligari non potest, nec absolvi: sic nec in foro pœnitentiâ ad hoc cap. omnes utriusque sexus. de pe. & re. cap. placuit, de pe. di. 6. & §. ecce 16, q. 1.

## A D D E

*Quilibet tenetur confiteri coram suo sacerdote, nam in foro pœnitentiâ non sortimur forum ratione delicti, latè comprobatur ad singulare Romani 468. Gabriel Sarai. Matheus Boyss D.*

Modò clarissimum est quod princeps Clericum condemnare non potest de crimine, cum sint exempti de jure divino ut supra dictum est. Ergo nec etiam ab-

solvere: par enim est jus ligandi & solvendi *de pe. distinct. 1. §. verbum.* & cui denegatur cognitio multo fortius dispensatio *ar. C. de his qui ve. eta. impe. l. 2. & 3. qu. 6. cap. quamvis & c. dudum. & de sen. excom. cap. cum illorum.* Immo ad illum solum pertinere videtur restitutio ad quem examinatio. 2. qu. 3. §. hinc colligitur *ar. ff. de regu. jur. l. cum principale.*

Talis igitur gratia sive rescriptum tanquam contra jus divinum concessum est nullum, ad quod bene fac. glo. Barto. Bald. & Ioan. *Fi. in l. si. si contra jus vel uti. pub. Bal. in l. rescripta supra alie.* de quo plené per Bart. *in constitutione. ff. circa prin.* legitur enim quod Pharao Clericos honorabat, & eos libertate ditavit. 23 qu. *ulti. cap. quamvis de immu. Eccle. cap. cum minus Genesis 47* de quo per Archi. *de censu, ca. quanquam. libr. 6. super verbo. divino & 2. Esdrae 8. cap. & Constantinus etiam ipsorum accusationem recipere recusavit 11 qu. 1. cap. Sacerdotibus.*

xij Quarto videtur, quod talis gratia non valeat ex defectu jurisdictionis. *cap. nullus 11 qu. questio 1. de foro compe. cap. nullus fa. l. generaliter. C. de Episc. & Clem.* qui quidem defectus jurisdictionis opponi potest adversus talem gratiam sive processum & sententiam interminationis, etiam si constitutio vel statutum sit, quod nulla exceptio admittatur, ut not. *in Clem. 1. de sequestra. pos. & fruct. & tenet Bald. post Cy. in praealle. l. generaliter idem Specul. in titu. de cita. §. 1. ver. scilicet, pone quod Iudex & §. pe. in fi. & Archi. 15 qu. 4. in cap. placitam ergo &c.*

xij Quinto quotiens imminet tale factum quod à jure reprobatur, taciturnitas ejus, qui non potest expresse actu consentire, nihil operatur *no. de prae. cap. dilecto cum*

*eum simili.* his convenit quod no. C. *ubi de cri, agi. o-*  
*por, l. 1, ubi no, Accur,* quod quando iudex est talis quod  
 citatus suâ voluntate non possit eum facere iudicem, non  
 nocet taciturnitas, fa. *dictum cap, dilecto,* & quod  
 ibi not, Inno, ut refert Io, An super 3, glo. Ad hoc inducit  
 Specul, in locis alleg, immò Clericus expressè confitens 138  
 coram seculari iudice se non esse Clericum, non præju-  
 dicabit sibi *dicto cap, at si Clerico & Bal, in l. si qua per*  
*calumniam C, de Epis, & Cler.* Clericus enim non po-  
 test, nec expresse, nec tacite in laicum consentire: nam  
 pacto privatorum, &c. ff, *de reg, jur, l. neque pignus §,*  
*privatorum. cap, si diligenti, de foro compe, cum suis*  
*concor.* Sed jus publicum consistit in sacris & sacerdoti-  
 bus i. *distinct, cap, jus publicum,*

Maximè in hoc casu ubi tale jus est concessum non  
 in favorem Clericorum tantum, sed totius Cleri, *de*  
*sen. excom, cap, contingit dicto cap. si diligenti,* ergo di-  
 cti Clerici impetrantis taciturnitas tacentis se Clericum  
 in gratia prædicta coram iudice non suo principi vel ju-  
 dici prædictis jurisdictionem non tribuit: immò quod  
 fortius est, si Clericus expressè se Laicum fateretur  
 coram iudice seculari, qui scit vel scire debet eum Cleri-  
 cum, non excusaret secundum Inno. *in cap. ut fama,*  
*de sen. excom,* & idem no, Ioan, And, *in cap, si iudex*  
*de sen, excom, lib, 6, in novella sapientis allega, fa,* quod  
 not, Bald, *in dicta l. si qua per calumniam* ubi reddit  
 rationem, quia ista confessio est facta coram iudice  
 non competenti alleg, *dictum cap. at si Clerico,*

Sexto relevare non videtur, quod iste forte com-  
 muni opinione habebatur pro Laico: nam licet com-  
 munitatis opinio hoc operetur, quod ea durante servetur  
 gratia prædicta, manifestata tamen veritate cedit opi-  
 ni, *dist, cap, veritate,* & sic declarabitur nulla gratia & to-

N

tus

tus processus inde secutus sicut no, de sententia lata per falsos testes *de except. cap, cum venerabilis*, & in sententia excommunicationis lata post appellationem legitimam non profecutam *de sen, excom, cap, licet lib, 6,*

Septimo non videtur obstare glo, *in preall, auth, Clericus C. de Epis, & Cle,* ubi glos, videtur tenere Iudicem secularem posse Clericum absolvere á crimine, Nam Bal. ibidem tenet contrarium, & hoc est ex eo, quia deficit iurisdicctio, unde cum iudicium non possit fundari, non potest ferri sententia pro vel contra ut *dicta ca, at si Clerici*, & ista est veritas secundum eum,

Octavo non videtur excusare contraria consuetudo, quia non valet, ut pote contra statum & libertatem Ecclesiæ, & onerosa & gravosa Ecclesiis, *cap, 1. de consue, cap, nostram & cap, cum inter eo ti, cap, decernimus cap, quanto cap, Cler, de judi, cap, que in Ecclesiarum, de consti, & cap, Ecclesia sancta Maria, eo tit. de rebus Eccle. non alie, cap, si, 96 distinct, cap, bene quidem, in auth, cassa. C. de sacrosan, Eccle, & ibidem Bar, Bal. & Salz, & Inno. & Sicul, in cap, noverint de sen, excom, fa, not, per Ioan, Fa, in auth, statuimus C. de Epis, & Cler,* Et maxime cum dicta consuetudo sit contra iura habentia perpetuam causam prohibitionis: nedum canonica & civilia, immo etiam divina: quare non tenet, *10 distinct, cap, vides 25 dist, cap, imperiali distinct. cap, si diligenti C. de legi. 1. non dubium,* immo potius videtur corruptela dicenda de consue. cap. cum venerabilis: cum temporis diuturnitas sine veritate sit erroris vetustas *8. distinct. cap. veritate.* & quanto diuturniora sunt peccata, tanto graviora *qu. 7. cap. flagitia de consue. cap. si.*

Nec juvare videtur Episcoporum tolerantia, immo

culpæ eorum est ascribendum. *fa. cap. ad reatu. 81 dist.*  
 & ex tali facto jura præcipiunt Clericos puniendos : idcirco patientia non sufficit : & cum Cler. pœnam mereatur, inde præmium consequi non debet. *l. sine hereditaria. de negotijs gestis &c. ibi conço. Dantes l. in gl.*

Et hanc secundam partem crederem salva correctione de iure veriorem, Ex qua talis ad titulum quæstionis elicitur responsiva conclusio. Laicum judicem vel secularem Principem à crimine Clericum absolvere non posse jure clarum esse videtur. Plura alia essent materiæ occasione discutienda, quæ in aliud tempus differri operæ pretium arbitror. Hæc igitur pauca perstrinxisse sufficiat ad Dei laudem, gloriam, & honorem Amen.  
 Stephanus Aufreerius. U. J. D.

## A D D E.

**J U D E X D O M I C I L I I**  
 non inquit de delicto alibi commisso, nec concedit abolitionem in præjudicium territorij ubi delictum commissum est.

*Delictum semel per abolitionem dispensatum vim habet absolutoria, nec de eo amplius queri potest, eleganter per Franc. Marc. decis. 700 n. 7. Item de delicto unius hominis non licet iterato inquirere. Panor. in cap. tue de procuras. Boer. decis.*

decis. 289 Caphalius consilio 39. numero 14.  
 item delinquens rursus non accusatur,  
 quando indulgentia vel venia delicti per prin-  
 cipem concessa est Couvar. cap. 10 libr. 2. va-  
 riarum resolut. Idem dispensatio super delicto  
 impedit iterum reum accusari, pulchra gl. in  
 cap. de his de accusat, ubi inquit divina cle-  
 mentia non patitur peccata dimissa iterum veni-  
 re in ultionem cap. divina clementia distinct. 4.  
 de penit. cap. illic, 23 qu. 4. Item absolutus vel  
 condemnatus in uno iudicio, non potest iterum  
 conveniri, pulcherrimè Vivius in decis. 296 La-  
 zè Maranta de Inquisitione num 49

Rursus verò iudex domicilij non potest de deli-  
 cto inquirere alibi commissio, sed pœna tantum-  
 modo spectat ad iudicem territorij ubi delictum  
 commissum est. Egregiè hoc tenet Gram. decis. 26  
 per plura allegata: Vivius in com. opin. in verbo  
 Iudex originis opin. 177 Menoch. consil. 2. num.  
 134 Kirch. in comm. opin. in verbo Iudex. The-  
 sauri senten. in verbo Iudex numer. 231 Sic  
 Vasquius in illust. contro. cap. 7. Delictum ( in-  
 quit ) extra territorium commissum non punitur  
 per Iudicem territorij. Item si quis sit condemna-  
 tus in loco domicilij adhuc remitti debet ad lo-  
 cum delicti pro executione faciendâ Couvar. ca.  
 11 numer. 6. pract. quest. Ergo non potest ve-  
 nia vel gratia magistratus domicilij, qui in præ-  
 iudicium juris fisci, vel territorij Alterius præ-  
 nam remisit vulg. l. fin de Iurisdic. omnium Iud.

Maranta de inquisit. nu. 55. 57 & 58 ubi transactio unius ex proximis neq<sup>3</sup> fisco, neq<sup>3</sup> alijs præjudicat in delicto vel damno illato. Postremò indubitatum est, quod gratia, venia, & abolitio extra territorium delicti commissi concessa, non valet ab eo qui potestatem non habet. Clarus in crim. qu. 57. nu. 9 & 12. Cassan. in consuet. Burgund. §. 5. des Justices in verbo du Prins n. 16. Bossius in tit. de remed. ex clementia princip. nu. 51. & Jacobinus in feudis in verbo, Sed an princeps. Ubi tradit quod solus Princeps pœnas remittere possit. Per hæc nuper respondi cum consultissimo viro Hermanno Zurlain Lenepio Juris Licentiato. Senatore & affine meo amicissimo, cum de tali questione quæreretur, An iudex domicilij posset de delicto alibi commissò inquirere, & desuper gratiam vel veniam facere, talem abolitionem vel veniam Judicis non valuisse neque præjudicare potuisse judici territorij ubi delictum commissum fuit. Priora argumenta de dispensatione & venia semel data, ita intelligi debent, si modo dispensatio facta sit ab eo, qui dandi facultatem habuit. Clarus d. q. 57. nu. 9, Vivius d. loco in com. opin. in verbo Iudex, nu. 4. & 5. Vide Bonif. Vitalinum tit. de inquisit. nu. 61. Mattheus Boyss D.

## N O T A.

Ob chartam hic vacantem ad pag. 62. ante

N 3

numer.

nu 55. addendum fuit, quod varia sint opinio-  
nes de origine Imperij, alibi enim dicitur. quod  
à gladio, alibi quod à fortuna originem habeat,  
alibi verò quod Papatus & Imperium fraterni-  
zent, & ambo sint à Deo, gloss. in §. sancimus  
in auth. Quomodo oportet. Episcopos, Albericus in  
l. cunctos populos, C. de summa trinita. conclu-  
dit, quod Imperium habeat quidem initium à  
violentia, tamen voluntate, & permissione di-  
vina. Ita notat Felinus in cap. 12. num. 13. De  
prescriptionibus.

## ADDE.

Ad pag. 113, ad num. 81. quod Rolandus à  
Valle consi 12. nu. 26. & sequentibus per mul-  
tas rationes, & auctoritates probat verio-  
rem, & communem esse sententiam, Clericum falsum  
testem à Laico puniri non posse.

Ad num. 95. fol 132. Adde. Papa tantum ius  
positivum canonico jure tollere potest, secus in  
Jure Civili, quod tollere non potest, si non in-  
ducatur peccatum. Item legem positivam, que in  
se habet rationem naturalem vel divinam, ut  
est lex prohibens pluralitatem beneficiorum, tol-  
lere non potest, vide Hippol. sing. 599. Hac bonè  
consulat Lector. Mattheus Boyss D.